



CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

Prot. N. 662/2010

CONGREGATIO ANGLIÆ O.S.B.
(v.d. English Benedictine Congregation [Ealing Abbey], Great Britain)

D.nus Andrew Charles Kingston (Laurence) SOPER,
Presbyter iam dimisso ex Ordine S. Benedicti

Summus Pontifex FRANCISCUS

Die 6 m. Iunii a. 2019

habita relatione de casu a Congregatione pro Doctrina Fidei,
precibus prædicti presbyteri *pro hanc Ecclesiæ annuit et concedit*

dispensationem ab oneribus sacerdotii una cum dispensatione a sacro cœlibatu

iuxta sequentes rationes:

1. Dispensationis Rescriptum ab Ordinario oratori quamprimum notificandum est:

- a) Eius effectum sortitur a momento notificationis;
- b) Rescriptum amplectitur inseparabiliter dispensationem a sacro cœlibatu et simul amissionem status clericalis. Nunquam oratori fas est duo illa elementa seiungere, seu prius accipere et alterum recusare;
- c) Idemque insuper secumfert, quatenus opus sit, absolutionem a censuris.

2. Notificatio dispensationis fieri potest vel personaliter ab ipso Ordinario eiusve delegato aut per ecclesiasticum actuarium vel per «epistulas perscriptas» (*registered*). Ordinarius unum exemplar restituere debet rite ab oratore subsignatum ad fidem receptionis Rescripti dispensationis ac simul acceptionis eiusdem præceptorum.

3. Notitia concessæ dispensationis adnotetur in Libris baptizatorum parœciæ oratoris.

4. Quod attinet, si casus ferat, ad celebrationem canonici matrimonii, applicandæ sunt normæ quæ in Codice Iuris Canonici statuuntur. Ordinarius vero curet ut res caute peragantur sine exteriore apparatu.

5. Auctoritas ecclesiastica, cui spectat Rescriptum oratori rite notificare, hunc enixe hortetur, faciat ea quæ sequuntur:

- a) Sacerdos dispensatus eo ipso amittit iura statui clericali propria, dignitates et officia ecclesiastica; ceteris obligationibus cum statu clericali conexas non amplius adstringitur;
- b) Exclusus manet ab exercitio sacri ministerii, iis exceptis de quibus in can. 976 et 986 § 2 CIC ac propterea nequit homiliam habere, nec potest officium gerere directivum in ambitu pastorali neve munere administratoris parochialis fungi;
- c) Item nullum munus absolvere potest in Seminariis et in Institutis æquiparatis. In aliis Institutis studiorum gradus superioris, quæ quocumque modo dependent ab Auctoritate ecclesiastica, munere directivo fungi nequit;
- d) In aliis vero Institutis studiorum gradus superioris ab Auctoritate ecclesiastica non dependentibus nullam theologiam disciplinam tradere potest;
- e) In Institutis autem studiorum gradus inferioris dependentibus ab Auctoritate ecclesiastica, munere directivo vel officio docendi fungi nequit. Eadem lege tenetur presbyter dispensatus in tradenda Religione in Institutis eiusdem generis non dependentibus ab Auctoritate ecclesiastica.

6. Ordinarius oratorem, pluries ad ministerium minus idoneum inventum, moneat ne nomine Ecclesiæ uti laicus agat.

7. Ordinarius curet, quantum fieri potest, ne novum condicio presbyteri dispensati fidelibus scandalum præbeat. Attamen, si adest periculum damni vel fraudis Ecclesiæ, Ordinarius factum dispensationis necnon causam canonicam divulget.

8. Tempore autem opportuno, Ordinarius competens breviter ad Congregationem de peracta notificatione referat, et si qua tandem fidelium admiratio adsit, prudenti explicatione provideat.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Ex Ædibus Congregationis, die 6 m. Iunii a. 2019.

DPA

Aloisius Franciscus Card. LADARIA, S.I.
Præfectus

DPA

✠ Iacobus MORANDI
Archiep. Tit. Cæretanus
Secretarius

Dies notificationis 26-7-19

DPA

Subsignatio Presbyteri in signum
acceptationis

DPA

Subsignatio Ordinarii